





Pr. g. 2. num. 8.

18

SVMME REVERENDI  
CHLADENII  
ANIMADVERSIONES  
IN  
SYSTEMA  
IVRIS NATVRAE

ILLVSTRIS  
SCHMAVSSII

SVB EXAMEN VOCAT

MICH. CONR. CVRTIVS.

P. 1.

HANNOVERAE, MDCCLIV.

Fe 2187<sup>a</sup>



KÖNIGLICH  
UNIVERS.  
ZV HALLE

## PRAEFATIO.

**C**IRCUMSONANT vndique templa tristibus querelis planctuque lugubri, quo filia Sionis, i. e. purioris doctrinae coetus sanctior, infausta impiorum molimina luget, qui diuinam veritatem conatu improbo impugnant, eiusque cultoribus infesta inferunt signa. Quae enim veritatis lux, fons scientiae, nostrique saeculi decus est, eadem & prauis erroribus ambiguas mentes haud raro imbuit sentiendi libertas. Ut praeiudicatas opiniones destruit, animique depellit tenebras, suis circumscripta limitibus, ita in licentiam degenerans, in abrupta quacuis & deuia fertur, nullo diuini, nullo humani iuris habito respectu. Fuerunt olim, & etiamnum esse, quis non ingemit, quis non dolet! qui tum demum libere sentire, tum egregie agere, sibi videntur, dum sanctissima quaeque suggillantes religiosum numinis cultum pessundant, eoque collineant, vt boni mores, officia vitae, & si quid praeterea augustum est ac verendum, eadem conuellantur ruina.

De omnibus igitur, qui diuiniorem doctrinam in oculis ferunt, merentur egregie Viri strenui, qui pro Dei causa arma capiunt, proque tuenda veritate agunt excubias. Agere autem debent, quotquot Salutis suae cura

defunguntur sollerti, & pro aliorum felicitate nuncupant vota. Iis imprimis id impendet negotii, qui diuiniore doctrinae seu Theologiae suam deuouerunt operam: ad id omni cura, studio, vigilantia incumbant necesse est, vt inconcussa seruetur diuina Veritas.

Intento praecipue ore eorum circumspiciendae sunt doctrinae, qui in Academiis, istis erudiendae iuuentutis feminariis, pernicioſa propalant dogmata, quae incautis Iuuenum mentibus vel errores instillant, vel morum corrumpunt sanctitatem.

Debita idcirco nequaquam fraudandus est laude Vir Summe Venerabilis, *Ioannes Martinus Chladenius*, Theologiae in Academia Erlangensi Doctor & Professor Publicus Ordinarius, qui, quantum suarum fuit partium, ad id annisus est, vt latius grassaturae isti sentiendi prauae libidini obicem ponat, & ne in vulgus diffeminetur mortiferum virus, caueat.

Ne vero ex aduerso latere excedatur modus, transilianturque, qui in bonum quoque tendenti ardori praestituti sunt, fines, omni vitandum est opera. Dum vident, ne quid detrimenti capiat Ecclesiae salus, prononimium feruore abrepti, Theologi veritatis caussae vulnera infligunt interdum non minus grauia, quam quae ab Aduersariorum adacta fuerant telis. Errorum quippe infestando-

Etandorum acriori prouecti studio, in errorum haud raro referunt numerum, quae vel vera sunt, firmisque nituntur fundamentis, vel eius saltem sunt naturae, vt saluti Ecclesiae nullum ab iis immineat periculum. Dicit vix potest, quam luctuosis malis inde immergatur ecclesia, eiusque ministrorum existimatio. Innocuos enim & probos Viros dum vel fictis plane, vel aggrauatis criminibus reos agi, vident sagaciores, & quibus vltra vulgus sapere datum est, omnia plane quae a Theologis proficiscuntur, eodem ordine habent, nec in rei momenta inquirentes vltius, eos etiam contemptui ducunt, qui a Theologis pro veritate adferenda impenduntur labores.

Adsperfus quodammodo hac labe videtur Summe Reuerendus *Chladenius*, dum asperum nimis aduersus Illustres *Schmauffii* August. Reg. M. Brit. Consiliar. Aul. & Professoris Iuris Ordinarii in Alma Gottingensi Systema Iuris Naturae strinxit calamum.

Commouerant sine dubio Virum summe reuerendum, quaedam huius systematis loca, quae, primo quidem obtutu, minus caute dicta videri possent, curatori vero examine commode explicanda. Haereseos inde macula affecit Vir S. R. Systema Schmauffianum, monstri scilicet aliquid alens, periculorumque opinionum sentinam. Nec in Virum meritissimum inclementer dixisse contentus, Theologorum in Academia Gottingensi ordini, quid

quod toti Academiae quendam inurit notam, ac seignioris pro veritate adstruenda studii, haud simulate accusat.

Huic dum me ingero controuersiae, religiose testor, nullas mihi cum S. R. *Chladenio*, cuius & eruditio, & pro veritate vindicanda feruor, maximi a me fiunt, vel inimicitias intercedere vel similtates, nec vlllo amicitiae mutuae beneuolentiae pignore Illustri *Schmauffio* obstructum, sed vtrique penitus incognitum, calamum me sumfisse.

Nulla praeterea peculiari ratione moueor, vt violatae Academiae Gottingensis gloriae agam vindicias, & famam Doctorum eius tuear, a quorum scilicet ore pendere, mihi quidem haud contigit. Nec desiderat operam meam celeberrima Academia, quae prouidentia Sapientissimi Ministerii; cui Terrarum Brunsvico Luneburgensium regimen concedidit Britanniarum Rex Augustissimus, & auspicii curisque Illustrissimi eius Curatoris, eo, quo suo superbit iure, dignitatis & eruditionis flore semper virefct, nullo vnquam impetu proterenda.

Solus ad scribendum me impulit veritatis amor, prima humani generis lex orbisque eruditi, cui adeo deuotum gero animum, vt, si, pro humani ingenii imbecillitate, procliui ad deuia, errores ad misisse fuero conuictus, eos nulla praescriptione vel obtentu palliatos lubenter agnoscere, agnitosque emendare, apud me sit constitutum.

Pro



Pro Illustri Schmauffio caussam dicturus ingenue tamen fateor, me non per omnia in Schmauffianas partes concedere, nec eum, qui Viro Illustri arrisit, Iuris naturalis conceptum, & quaedam inde defluentia principia, facere mea: intercedit enim inter Illustris Viri de quibusdam Iuris Naturalis capitibus sententiam, measque, quas de istis foueo, opiniones, discrimen satis magnum, quod latius exsequi huius non est disputationis.

Ea vero libertate gaudita est haecenus respublica litteraria, vt diuersas ab aliis opiniones profiteri impune liceret, & sine in aliorum Verba iures, vel ipse nouis opinionibus indulgeas, haud voceris in crimen, diuina modo iura inconcussa maneant atque illibata. Hac sancita lege, nemo scribendi libertate prohibendus est, nemo sentiendi: coram reipublicae litterariae tribunali cuiusque agenda est caussa, penes eam & huius litis esto arbitrium.

Id tantum induxi in animum, vt probatum darem, in doctrinis, quas S. R. Chladenius in Schmauffiano Systemate atro carbone notat, nihil esse, quod sanae Theologiae principia destruat, nihil quod Virtutis Vitiique confundat discrimen, morumque euertat integritatem, nihil, quod aliorum non fulciri possit auctoritate. Nihil denique, quod tam acerbam, & ex tripode quasi dictam, mereatur criminationem.

Verum

Verum enim vero, cum quaedam Iuris Naturalis doctrinae, quae inter Schmauffium & Chladenium magno animorum aestu agitantur, in se quidem innoxiae, si scilicet recte intelligantur, ad statum ciuilem autem & christianum relatae, periculi aliquid structura possint videri, imperitorumque turbare mentes, latino sermone, eruditorum videlicet vernacula, omnem rem exarandam censui.

Enim Magnifice de me actum praedicabo, si hac mea O-pella infelix istud incendium restinctum fuerit, & Illustris Schmauffius, ac Summe Reuerendus Chladenius, missis, quae animos alienant, litibus, ad augenda scientiarum incrementa insumant vires. Fore denique, vt Summe Reuerendus Chladenius pro eo, quo pollet animi candore atque cognitionis philosophicae robore me ea, quae cuiuslibet reipublicae litterariae ciui competit, libertate vsus, aduersus eum, tulisse suffragia, aequo ferat animo, spem concepi firmissimam.





§. I.



SONTICA sunt crimina, quae *Illustri Schmauffo* obiicit *Vir Summe Venerabilis Chladenius*: ad duo fere capita referri possunt, & vel Iuris Naturae notionem & conceptum, vel principia, ex quibus illud deriuatur, impugnant. Quae ut dilucidius pateant, varios Iuris Naturae & iusti conceptus, vel ex ipsa verum natura, vel ex Iuris Naturalis doctorum opinionibus, erui est neccessè. Legum naturalium dicto audientes erant & Veteres, ad internam quandam, quam in se deprehendebant, normam, vitam suam instituentes: ipsa vero Legis vel Iuris Naturae scientia (promiscue enim his vocabulis vtar, donec rite indagatum fuerit eorum discrimen) ab iis excultata fuisse haud videtur, vel potius in artis formam haud redacta. Nihil enim natura iustum esse, aut honestum, vel turpe; sed humanis tantum legibus, aut consuetudine, vulgarique opinione, quae ad continendos stultos conflata sit, ita censerì, peruulgata omnium Philosophorum erat sententia. Ab Aristotelis demum Aevo Iuris Naturalis nomen apud Philosophos occurrit, suaque natura, alia iusta, iniusta alia esse, e Socratis ore ad discipulos eius promanauerat doctrina. Hac tamen in parte Scientiarum, hodie-

B

num



num rationis regnum vetere praestantius esse, pace acutissimi *Desingii*, dixerim, quod a recentioribus Ius Naturae vere tale conditum est, & ex suis deductum principiis. Infinitam scriptorum fegetem, (veritatis damno, an emolumento maiori, non habeo dicere) peperit ista Legum naturalium scientia, qui destructis maiorum suorum principiis, sua maximo nisu stabiliunt, ab aliorum mox collapsura impetu, quibus inuestigandis prudens abstineo. Quae vero de iure, de iusto, de Lege naturali, ultra citrae disceptata fuere, missis omnibus tricis offucisque, huc fere redeunt.

Ius varios, pro vario rerum, ad quas refertur, respectu, admittit significatus: potestatem libere agendi generatim denotat. Spectatur ista potestas vel libere tanquam attributum personae, vt cum *Grotio* loquar, respondetque notioni, quam vernacula nostra (*Befugniss*) appellamus: vel indigitat normam actionum, qua ista potestas nititur, legisque obtinet nomen, & vel legem particularem, vel totum legum complexum dicit. Hoc sensu acceptum Ius obligationis nexu obstringit homines, inuoluit enim necessario lex obligationis ideam. Altero sensu, quo Ius libere agendi potestatem innuit, & pro attributo personae sumitur, nulla obligatione absoluta tenetur is, cui id ius competit. Coniunctum denique est Ius cum iure cogendi alterum, si obligationi suae haud satisfacit, vel minus: Priori sensu Ius perfectum, imperfectum posteriori audit. Caeteras iuris significationes non moror, vtpote quae ad ciuile Ius spectant: indigitasse sufficiat, iuris nomine venire, decisiuam Iudicis sententiam, artem boni & aequi, iurisprudentiam vniuersam, cognitionem sanguinis.

Fluctuant non minus significatus *Iusti*. Latiori sensu omne, quod Legibus conforme est, *Iustum* vocatur, & sub iustitiae nomine complexus omnium virtutum comprehenditur. Strictiori vero significatione ad res externas se extendit tantum, &

externa

externa actio moraliter bona, ad quam perpatranda subiecto actionis competit Ius (pro attributo personae sumtum) *iusta* vocatur, quatenus alterum non laedit. Latiori sensum *Iustum* apud *Aristotelem* occurrit, ita ut omnium virtutum familiam ducat, & iustitiae vniuersalis nomine insigniatur; vocatur enim *stagyritae* iustitia, obedientia erga omnes leges. Eodem fere sensu Iusti vocem in Corpore Iuris romani accipi demonstratum dederunt Doctores Iuris Ciuilis: & vel ex eo conficitur, quod *Vlpianus* ad praecepta Iuris refert; honeste viuere. Recentioribus etiam iustitia est habitus conformandi actiones suas ad legem naturae; legem naturae vero actionum liberarum normam vocant.

*Iusti* strictiori significatione accepti, qua actionem externam moraliter bonam cum Iure alicuius libero coniungit, apud grauissimos auctores occurrit notio. Ita *Buddeus* a); „Si ad „actionem bonam accedit relatio ad alium, qui Ius perfectum aut „imperfectum habet, eam a nobis exigendi, vocatur iusta, ipsa „relatio iustitia audit. „ Sed nullum circa hanc iusti definitionem dubium versari autumans, a compilandis aliorum in eandem rem testimoniis contineo manus.

Non desunt denique, qui *iustum* strictissimo sensu accipiunt, omnem actionem, quae sine laesione alterius committitur, *iustam* vocant, nullo moralitatis internae habito respectu, quippe quae ad Ius Naturae strictè sic dictum haud pertinet. Insolens iste significatus atque a loquendi vsu nimium remotus possit videri, doctorem inde corroborandi testimoniis. Ab *honesti* legibus *iusti* se creuisse regulas *Thomasium*, notum est in vulgus. A Iure longe distare virtutis notionem, *Cocceius* asserit. In eandem fere sententiam *Gundlingius* b); „Omnia Vir honestus est iustus ac decens, „sed non omnia iustus ac decorus, est illico honestus ac perfecte „sapiens. „ Iugulum rei forsàn ferire nondum videntur ista, quae

B 2

attuli

a) Element, Phil. Pract. p. 222.

b) Iur. Nat. &amp; Gent. p. 9.



attuli, testimonia; clariora igitur in medium proferam, quae hanc notionem a Iuris naturalis Doctoribus vsurpatam, extra dubium ponunt. Ita Vir Summus *Treuerus*; a) „Principiis iusti permittuntur „multa, quae a principiis honesti non admittuntur. *Kemmerichius*; b) „Regulae honesti ad felicitatem internam singulorum hominum; „regulae iusti & decori ad felicitatem societatis, & quidem illae ad „pacem, hae ad amicitiam viam sternunt. - - honestum intra „animum residet, atque virtutis studio absolvitur. Iustum ad „actiones externas spectat, quatenus scilicet homini ius com- „petit, eas suscipiendi. *Ephraim Gerhardus* c) disertè asserit; „pietatem honestatemque ad iustum non pertinere, sed iustum „circa conseruationem tranquillitatis generis humani externae ver- „sari, ideoque quicquid tranquillitatem generis humani non tur- „bet, iniustum repatari non posse. „ Ad idem spectare videtur *Grotiana Iusti* definitio, qua iustum est, quod non est iniustum, iniustum vero quodcunque naturae societatis ratione vtentium repugnat.

*Naturae* vox non minus, ac iuris iustique conceptus, ambigua est, variasque recipit explicationes. Philosophico sensu, ad quem in hac tractatione digitum intendere fas est, vel rei essentiam & vim internam, vel rei statum ipsa natiuitate constitutum dicit. *Naturale* est, quod vel ex rei essentia, vel ex eius statu absoluto natiuo sequitur.

## §. 2.

Ex istis Iuris Iustique principiis rite digestis varii quoque Iuris Naturalis conceptus enascuntur, qui vero ad certas classes facile reuocantur. Laborat quidem orbis eruditus compendiorum mole, quae ad Iuris naturalis scientiam viam pandunt, & ex tot Doctoribus nemo fere est, qui non cuncta, quae ab aliis scripta sunt,

a) Annot. ad Pufendorf. de offic. hom. & Ciu. p. 344.

b) in Pufendorf. enucleato p. 2. §. 14. 15. 23

c) in delineat. Iur. Nat. p. 63. 104. 105.

funt, damnet, & peculiarem Iuris Naturae tradat definitionem, unde sua deducat principia. Ad quatuor tamen capita redigi posse omnes iuris naturalis conceptus videntur.

Diuerso scilicet respectu considerari potest natura hominis. Sunt Iura, indeque emanantia attributa, quibus homo gaudet, quatenus animal est; sunt, quae ex vniuersa hominis natura profluunt. Competere igitur humano generi potestatem agendi, & sensu composito & diuiso, non est, quod dubitemus.

*Prima igitur Iuris Naturalis notio* potestatem agendi animalem continet, omni animantium generi propriam, quo sensu apud *Vlpianum* occurrit. Misere hoc torfit interpretes eius, quoniam ad Ius Naturae commune referebant, quae de animalibus asserit *Vlpianus*: patet vero, ad animales tantum actiones, quae sine rationis ope, solo sensuum instinctu, & ab animalibus peraguntur, & ab hominibus, Ius naturae extendi ab *Vlpiano*. Diuersa ab iis Iura in hominem cadere, quatenus homo est, caret lite: pro diuersa istorum Iurium relatione diuersi Iuris Naturalis oriuntur conceptus.

*Sub secunda Iuris Naturae notione* comprehenditur complexus Iurium, homini, in statu naturali absoluto, iuste competentium, & obligationum, quae cum his iuribus connexa sunt: qua in definitione iusta censetur quaelibet actio, quae non laedit alterum, internaque actionum moralitas nec exigitur nec respuitur. Duae inde huius Iuris Naturalis emergunt partes, quarum prior Iura Naturae subiectiue considerata, posterior obligationes continet. Illam Ius Naturae strictissimo sensu, hanc legem Naturae appellare licebit. Arrisit iste Iuris Naturalis conceptus fat multis huius scientiae Doctoribus, Viris & eruditionis & pietatis laude conspicuis, quoniam ista tandem semita philosophiae practicae limites discerni posse, rati sunt.

*Tertio sensu Ius Naturae* denotare dixi complexum regularum *iusti*, quatenus illud ex rerum natura innotescit, actionemque mo-



ralitatem includit. Hac notione Ius Naturae vsurpant *Pufendorfius*, *Wolffius*, plerique alii, qui recentiori aevo ad excolendam Iuris Naturae scientiam adplicuerunt animum.

*Quarta* denique *Iuris Naturae notio*, qua omnium scientiarum practicarum complexum indicat, illis fere placuit, qui ante *Gro- tium* & *Pufendorfitum* Iuri Naturae insumserunt operam.

### §. 3.

Substratis his fundamentis, ad diiudicandum controuersiam, quae *Illustri Schmauffio* cum Summe Reuerendo *Chladenio* intercedit, prona panditur via. Dispiciamus igitur, ab vtraque parte caussarum momenta.

Prima tela, quae in *Schmauffii* Systema Iuris Naturae vibrat Summe Reuerendus *Chladenius*, eo fere redeunt;

- 1) *Schmauffium* spoliasse Systema Iuris Naturae primariis, quae id constituunt, partibus. a)
- 2) *Eiecisse* illud ex numero scientiarum.
- 3) *Immiscuisse* Systemati suo erroneas & turpes adeo opiniones, quas, in hanc vsque diem, nullius Christiani, nedum Iuris Naturalis Professoris ore, proferri fas fuerit.

Occinere

a) Wöchentliche biblische Untersuchungen.

p. 536. Denn in welcher traurigen Gestalt erblicken wir iho nicht diese so schöne, so beliebte Disciplin - - Ein neues Systema Iuris Naturae, welches von dem Herrn Hofrath *Schmauff* ganz neulich ans Licht gestellet worden, hat alles ungefehret, und stellet uns dieses Stück der

Gefahrtheit in der elendesten und heßlichsten Gestalt dar; so daß alles, was wir vorher Gutes davon gesagt haben, auf einmal wegfället, und diese Disciplin im Gegentheile unzähligen, die vorher Freunde davon waren, zum Abscheu werden muß. Die harten Worte, die wir hiebey brauchen, sind nicht etwa Vergrößerungen, sondern sie gründen sich auf das, was



Occinere heic certe Summe Reuerendo *Chladenio* licuerit; *parcius ista Viris tamen obicienda memento*. Sponte enim cadunt obiecta Schmauffio crimina, si ex mente Auctoris secundum peruulgatum istud; quilibet verborum suorum optimus est interpret, intelliguntur: & omnis lis, quae tot iras peperit, ad Logomachiam abit. Versatur enim vterque in diuerso Iuris Naturae conceptu. Suppeditat eius notionem Summe Reuerendus *Chladienus*; Comprehendit sub eo nomine *cognitionem officiorum in Deum, nos ipsos, & alios homines, quatenus ex ratione innotescunt, & malorum actionum,*

was in demselben vor Augen lieget. Denn jeder Leser muß wahrnehmen, daß 1) in demselben das Recht der Natur von den wichtigsten Stücken fast ganz und gar ausgeleeret ist, 2) daß dieselbe gar aus der Zahl der Wissenschaften ausgestossen wird, 3) Daß darin nicht allein falsche, sondern auch ärgerliche Lehren vorgetragen werden, die bis auf den heutigen Tag kein Christ, geschweige ein öffentlicher Lehrer des Rechts der Natur, in Mund zu nehmen sich untermunden hat.

p. 537. 538. Es sind vor Augen liegende Vergehen, und buchstäblich darin befindliche Irrthümer. Denn was das erste anlanget, daß dieses neue System des natürlichen Rechts fast von allen möglichen Stücken dieses Rechts ausgeleeret ist; so begreifen wir unter diesem Puncte dreyerley Zerrüttungen des natürlichen Rechts, die in gedachtem Buche augenscheinlich vorkommen. 1) Daß er zwey unleugbare Stücke desselben,

nemlich die Pflichten gegen Gott, und die Pflichten gegen sich selbst, nicht allein nicht darin abgehandelt, sondern auch nicht mit einem Worte genannt hat. Nun gehören alle Pflichten in das Ius Naturae, weil keine andere Disciplin in der gelehrten Welt bekant ist, die von Pflichten handelt, als eben diese. Daher, wer Hauptpflichten daraus wegläset, der verstümmelt das Recht der Natur.

p. 538. Wer aber sollte glauben, daß in einer Wissenschaft der Pflichten gegen Gott, gegen sich, und gegen den Nächsten, nicht einmohl das Wort Pflicht (sowohl das teutsche, als das lateinische *Officium*) vorkommt, ausser in einem Paar Stellen, die man nicht ohne Erstaunen lesen kan; denn in der einen werden alle Pflichten der Humanität völlig aufgehoben, und geleugnet; in der andern aber alle Pflichten in Ansehung des Redens bis zum Meineid aufgehoben, ausser wenn andere Menschen dadurch beleidiget würden.

num, quae naturae hominis repugnant. Quærit ex Lectoribus, anne veram Iuris Naturae depinxerit effigiem. Negat vero *Schmauffius*, nec primus, nec solus: negant Summi Viri, non minoris in republica litteraria auctoritatis, quam S. R. Chladenius. In hos ista torquenda fuerant fulmina, hi, qua falso superbiebant, eruditionis & pietatis exuendi fuerant larua. Ast nemo eos impietatis, nemo doctrinarum turpium & perniciosarum infimulauit. Sola *Iusti* principia ad Ius Naturae refert *Schmauffius*, ea scilicet significatione, vt id, quo alter non laeditur, sit *iustum*. Reliquas partes, quae ab aliis ad Ius Naturae referuntur, ad scientias diuersas ablegat *Schmauffius*. Discernit scilicet ab inuicem Vir Illustris doctrinam *iusti*, quod semper ad alios refertur, iurisque naturae *Schmauffiani* est fundamentum; doctrinam *honesti*, quae Ethicam constituit, omnesque Virtutes exhaurit; doctrinam *decori*, quae societatum ciuilium statum requirit; doctrinam *utilis*, quam prudentiam vocat, disertisque Verbis Ius Naturae ab Ethica, doctrina de decoro, Politica, Theologia morali & Iure gentium distinguit. Non omnem vero complexum disciplinarum moralium sed vnam tantum partem pertractare voluit *Schmauffius*.

Regerit *Chladenius*; at hoc non est verum Ius Naturae. Demus paulisper, non esse, falsoque hoc nominis ei inditum. Quid tum? de nomine, de definitione lis erit. Ius Naturae *Chladeno* complexus disciplinarum moralium est; *Schmauffio* doctrina *iusti*. Haecene Logomachiam sapiunt? At *Schmauffii* definitio falsa est! Sit tantisper an vero: ob definitionem Viri de republica litteraria meritissimi inquinanda est fama? sed nullae nos rationes cogunt, vt demus, Ius Naturae *Schmauffianum* non esse veri nominis tale, falsamque eam, quam suppeditauit definitionem. Formandae sunt definitiones ex vsu loquendi. Vfus loquendi pugnat pro *Chladeniana*, pugnat pro *Schmauffiana*. At adigere hominem, vt nostras ideas amplectatur, nostrisque vtatur definitionibus, haec vero vis est. Ne

Ne vero splendide magis, quam vere, dicta haec videantur, en tibi saturam testium, qui ex folis Iusti principis naturale Ius deriuant.

Substrauit istam definitionem suis de Iure Naturali meditationibus *Ephraim Gerhardus* a); „Ius Naturae enim ei dicitur „regula actionum humanarum obligans hominem, metu mali, ad „vitam iustam, siue tranquillitatem generis humani non turbandam. „ Sunt praeterea in ipso opere, quae acutissimi auctoris mentem fusius explicant. „Enimuero, inquit, vti Theologia salutem hominis aeternam considerat, Philosophia morum internam mentis quietem procurare satagit, medicina verum externam corporis compagem conseruare nititur: Ita Ius Naturae externam hominum felicitatem, quae in tranquillitate & secura suarum rerum possessione consistit, pro scopo habet. „ Distinguit igitur probe *regulas pii, honesti, decori & iusti*. Pergit deinde b); „Homo itaque in quouis statu viuens & simpliciter consideratus „ex disamine Iuris Naturalis omne illud facere prohibetur, quod „necessario & directe turbat tranquillitatem generis humani: reliqua haecenus ipsius arbitrio relinquuntur. - - Quamuis itaque „pietatem negligere impium, honestatem mentisque quietem oppugnare stultum, modestiam vero & decorum migrare vel odiosum fertile, vel ridiculum existat, omnia tamen haec huc non „pertinent, sed internum mentis forum sequuntur. Remanet saltem id prohibitioni huic obnoxium, quod contra Iustitiae pugnat praecepta. Huius autem superius ostensa est regula; quod „tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Vel quod eodem recidit; neminem esse laedendum. „

Nec minus, *Stollius*, Vir pius & Dei reuerentissimus, hanc definitionem suam fecit c). Ita enim ille; Ius naturae varie sumitur. „Nonnulli hoc nomine comprehendunt totum complexum

C

Philo-

a) Delineat. Iur. Nat.

c) Hist. Litt. Iur. Nat. Edit. Germ.

b) p. 101. §. 8. 9. 13. 18. (b) p. 678.



„Philosophiae moralis. Alii officia in alios homines, vel etiam  
 „officia in Deum. Iuxta recentissimam significationem est do-  
 „ctrina, quae omnes istas prohibet actiones, quibus pax turba-  
 „tur externa. Qui mihi quidem probatur significatus, nectamen,  
 „quae ab eo discrepant, sperno sententias, dummodo diuersi obli-  
 „gationis gradus haud confundantur. „ Insigne huic sententiae  
 „adiicit robur auctoritas Viri Summi *Treueri* a). Cum enim de  
 „loquendi usu disquiritur, auctoritatibus rem agere fas est. „ Iusti-  
 „tia personarum, inquit, alius plane fori est, & ad Philosophiam  
 „moralem, siue Ethicam spectat, non ad Ius Naturae. Perso-  
 „nae enim iustitia a.) Virtus est, vt ex definitione auctoris, (quod  
 „sit constans & perpetua voluntas, suum cuique tribuendi) con-  
 „stat, de qua in Ethicis: Iustitia actionum spectat ad officia Iuris  
 „Naturae, b.) obligatione interna nititur; iustitia actionum obli-  
 „gatione externa; c.) de ea in foro conscientiae, de hac in foro  
 „humano externo constat. „

Eandem sententiam suo comprobat calculo *Kemmerichius* b).  
 „Ius enim naturale strictiori sensu, ex eius sententia sola iusti prin-  
 „cipia explicat. Hoc sensu acceptum Ius Naturale est scientia Le-  
 „gum Naturalium, quae omnium hominum actiones ad pacem  
 „& tranquillitatem societatis humanae dirigunt. „

Illustrissimus Lib. Bar. a *Cocceii* c); „Facile ex praemissis pa-  
 „tescit, Grotium non confundere disciplinam Iuris & virtutis, sed  
 „eum curate admodum Ius stricte sic dictum, (quod sociale vo-  
 „cat,) a disciplina morum, (quam Ius Naturae latius vocat) distin-  
 „guere.

*Henricus Cocceius* d); „Neque denique quicquam manife-  
 „stius esse potest, inspecta virtutis & iuris natura & differentia.  
 „ Etenim

a) Annot. ad Pufendorf. de O. H. c) Diss. proem. sec. ad illustr. Grot.  
 & C. §. 21.

b) in Pufendorf. enucl. p. 4. §. 29. d) De antidotis §. 89. 10-12.

„Etenim tota Iuris ratio, forma ac substantia in eo versatur, ut  
 „cuique suum tribuatur. In eo vero quod alterius, vel aes alie-  
 „num est, nobis nihil arbitrii est. Aeterni enim id Iuris est, ut  
 „cuique de suo, nemini de alieno, statuendi potestas arbitriumque  
 „sit. — Et si igitur ad virtutes quoque suo sensu obligamur,  
 „tamen alia longe obligatio Iuris, alia Virtutis. Si quid iure mihi  
 „debes, id vi tibi aut tantumdem e bonis tuis auferri, aut, si illud  
 „ipse teneo, retineri a me potest. At nihil magis ridiculum esset,  
 „quam si contendam, ut rem tuam, si forte egeo, ex liberalitate  
 „mihi dones, aut si nolis, eam tibi vi auferri petam; aut, si casu  
 „eam teneo, retineri eam velim, nec tibi restituere. Idemque est  
 „in gratitudine, quod liberalitate. Priori casu illiberalis eris, al-  
 „tero ingratus, neutro iniustus. — nihil autem vanius excogitari  
 „potest, quam sunt illa, quibus Boclerus probari putat, actionem  
 „ingrati ex Iure Naturae, & gentium & civili esse. — Auctores illi  
 „abusivo ad Ius Naturae quoque referunt officia Virtutum, non au-  
 „tem eo vecordia prolabantur, ut aequae inde obligationes Iuris  
 „& actiones, quam ex iure oriri putent. — *Canzius* a) „Quicquid homo sibi ipsi debet, & quatenus illud  
 „debet, tamen obiectum debiti sint homines quibus illi: id tamen  
 „omne in Ethica considerari meretur. Quare in Ethica etiam de Vir-  
 „tutibus, tum erga se, tum erga alios praecipitur: quatenus tamen  
 „obligationis fundamentum non in aliis, sed in homine ipso est.  
 „Ex aduerso, quibusque aliquid aliis debeo, obligatione, quae in  
 „societate, qua cum aliis iungor, fundata est: eousque porrigitur  
 „Iurisprudentiae, quae ab Ethica distinguitur, consideratio.

§. 4. *Quodlibet* vero quodlibet. *Quodlibet* vero quodlibet. *Quodlibet* vero quodlibet.  
 Alia praeterea ratione euincitur *Sehmannium*, iure suo iusti tan-  
 tum regulas, ad Ius Naturae retulisse. Actiones nempe hominum,  
 quatenus in statu naturali absoluto degunt, vel ab aliis iure coër-  
 ceri possunt, vel minus. Iure coërceri possunt illae, quae Iura  
 alterius  
 ma) Discipl. mor. §. 720.



alterius laedunt. Caeterae actiones, quales quales sunt, licitae sunt respectu alterius, non vero in foro conscientiae. Nec utilitate sua ista strictior actionum humanarum consideratio destituitur. Eiusmodi enim Illustris *Schmauffius* condidit Ius Naturae, quod Iuris gentium contineret fundamenta, vel potius, ad integros populos adplicatum ipsum sit ius gentium. Quidquid igitur in statu naturali homini licuit in hominem, id etiam regi in regem, gentique licet in gentem: omnia scilicet hoc sensu licita & iusta sunt, quibus alter non laeditur. Illicita & iniusta idcirco sunt religiosa in infideles bella, speciosis licet obuelata rationibus: quibus decepti Hispani Iurisconsulti extirpationem Americanorum licitam & iustam iudicarunt, quoniam idololatriae fuerant dediti: quasi vero genti in gentem alia lura, praeter ius coërcendi iniurias illatas, competat. Fingamus regem quandam, Sodomiae, incestus, aliisque conspiratum criminibus. Eum graviter peccare, non est, quod ambigitur. At quaero ex Summe Reuerendo *Chladenio*; an alius quispiam rex ius habeat, inferendi ei belli, infligendarumque poenarum, ob atrocissima quaevis admissa crimina. Puto negaturum S. R. *Chladenium*. Quod vero genti in gentem non competit, illud, posito naturali statu, nec in hominem homini.

Patet inde, culpa liberandum esse Illustrum *Schmauffium*, quod officia in Deum, & in seipsum, suo Iuri Naturae haud intexuit. Non pertinent enim ad Iustum, eo sensu, quo *Schmauffius* & alii hac voce vtuntur, officia erga Deum & nos; nec externae subsunt coërcitioni: Ergo nec ad Ius Naturae strictiori significatione pertinent. Quodsi vero Ius Naturae, quod officia in Deum non explicat, nullum est, eumentoque abutitur nomine, *Gerhardus*, *Thomasius*, *Gundlingius*, *Grotius*, *Pufendorfius* in maiori Opere, ad quos tamen S. R. *Chladenius* Iuris Naturae studiosos ablegat, veri nominis Ius Naturae condidisse, non sunt dicendi. Ex multis, vnde Ill. *Schmauffio* praesto sit auxilium, *Treuerum* tantum

tum & *Rudigerum* nomino. Ille diferte afferit; a) „in Iure Naturae, „seu disciplina, quae tractat, secundum iustitiae regulas, officia „aliis exhibenda, non quaeri, quid Deo debeamus, sed quid aliis „ex Dei voluntate ad nostram conseruationem praestandum sit, vt „pax externa conseruetur. „ Hic vero b) Ius Naturae per legem definit, „qua homo beneficio rationis sibi relictae intelligat, quid „Deus de officiis alteri praestandis praecipiat. „

Dum igitur S. R. *Chladenius* in Ill. *Schmauffium*, ob omiffa in Deum, & seipsum, officia, inuehitur, res iterum ad Logomachiam redit. Officia ista in Iure Naturae Chladeniano omit- tenda non sunt, in Schmauffiano locum habere non possunt. Pul- chre in hanc rem celeberrimus *Hollmannus*; c) „Ad solam docen- „di methodum tota quaestio illa redit; num officia aduersus Deum „obseruanda ad Iurisprudentiam naturalem referenda sint, an „minus? A cuiusuis enim pendere arbitrio existimamus, num Iu- „risprudentiam suam naturalem communem & adaequatam omnis „Iuris Naturalis, an eius solummodo partis, quod nos aliosque „homines respiciat, esse velit. Posteriores tamen sententiam cum „primis huius disciplinae conditoribus priori praefereendam esse Iu- „dicamus. „ Quodsi vero ex S. R. *Chladenii* Verbis istum fen- sum, quem voces, prout iacent, suppeditant, licet elicere, in- ferri inde poterit, S. R. *Chladium* ea etiam officia ad Ius Natu- rae referre, quae Christiano regenito, quae militi incumbunt, quae nauatae; quicquid enim officiorum est, Iuri Naturae annumerat S. R. *Chladenius*. At absurda dixisse nemo censendus est.

*Nomen officiorum plane omisit Schmauffius*. Leue hoc est, nec rei attingit caput: Si enim rem tenet *Schmauffius*, omnis de nomi- ne disputatio Logomachia est. Agnoscit *Schmauffius* Ius Naturae obligatorium. Officia & obligatio ei synonyma sunt, in quibus pertractandis altera pars Operis seu lex Naturalis tota est. Quid?

C 3

quod

a) Annot. in Pufend. de O. H. & C. p. 120.

b) de Subiecto Iuris Naturae.

c) Iurisprud. Natur. Part. I. c. 2. §. 50.

quod in ipso sacro Codice officii vox vix occurrat, unde tamen in sacris litteris earum neglectas esse leges, nemo temere dixerit.

§. 5.

Accusat porro *Schmauffsum Chladenius*; omnem meditationem atque attentionem ex eius lure Naturae esse eliminatam. a) Dure nimis cum Viro Illustri agit S. R. *Chladenius*. Non enim de meditatione in genere loquitur *Schmauffsus*, sed de meditatione operosa, multumque habente difficultatis, qualis ad excolendam Astronomiam & Arithmeticam requiritur, quod ipsa *Schmauffii* Verba demonstrant b). Insitum est hominum mentibus principium

a) *W. B. U. p. 538.* Alle Wissenschaften erfordern ihrer Natur nach ein scharfes Nachdenken, daher ist das Nachdenken dabey eine unentbehrliche Sache. - - Diejenige Disciplin also, bey der das Nachdenken ausgefegt wird, ist unter den Disciplinen ein Monstrum. Aber in dem neuen Systemate des Naturrechts wird das Nachdenken daraus verbannet, und diese Wissenschaft eben darin den andern entgegen gesetzt, daß darin gar kein Nachdenken erfordert werde.

b) In dem Syst. des R. d. V. p. 453. Es giebt zwar sehr viele Wissenschaften, deren erster Ursprung ebenfals aus der dem Menschen in gewisser Maassen angeborenen Vernunft genommen ist, aber die eigentlich durch weiteres mühsames Nachdenken, observiren, experimentiren, nicht nur eines, sondern vieler Menschen

zu einer Wissenschaft gebracht worden sind; als z. E. die Rechenkunst, Astronomie, ic. die durch eine Cultur und Erfahrung von viel tausend Jahren endlich in den heutigen Flor gekommen sind. Aber so ist es mit dem Rechte der Natur nicht beschaffen. Man gehet darin nicht weiter, als auf dasjenige, was ein jeder Mensch bey sich selber ohne Studiren und viel Nachdenken fühlet, und empfindet, daß ihm angebohren sey.

p. 526. Dieses Ius kan mit Rechte natürlich genannt werden, weil es immediate aus der Natur des menschlichen Willens, als der wahren Quelle aller menschlichen Handlungen selbst, und nicht erst aus einem langen Nachdenken, und aus weithergesuchten zweifelhaften Vernunftschlüssen hergeführt wird. Es ist ein Ius Vniuersalissimum, weil es auch der allerungelehrteste, und fast



pium Iuris Naturae strictioris; quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris; puerili pariter ac adultae aetati peruium est, nec ad id cognoscendum, ultra terminos intellectos, aliquid requiritur. Magno igitur discrimine Arithmeticae & Astronomiae scientia separantur, & Iuris Naturalis strictioris cognitio. Non offerunt se animis, primo statim obtutu, istarum scientiarum principia, adhibita demum meditatione, examine sollerti, nexuque demonstrationum cognito, perspiciuntur. Hoc etiam sensu, Ius Naturale eruditionis partem esse, negat *Schmaussius*: quod etiamsi quis rodere vellet, ad diuersum eruditionis conceptum res abitura videtur. Dicit etiam potest; non esse eruditionis partem Ius Naturae, quatenus naturaliter a quouis homine, connato quodam instinctu, cognoscitur; in scientiae vero formam redactum, ad eruditionem iure suo posse referri. Ita ingressus nostri regulas quotusquisque obseruat, principia vero earum secundum artem deducere non callet, & eatenus eruditionis pars censeri non potest eundi habitus. Quodsi vero ex principiis Mechanicis demonstrantur ingressus nostri leges, scientiae induunt formam, atque eruditionis immiscentur familiae.

§. 6.

*At perniciosarum & turpium doctrinarum ferax est Schmaussii Systema Iuris Naturae a). Doctrinae istae ex mente S. R. Chladenii hae*

fast stupide Mensch, ohne einige Anweisung, ex connato sensu interno erkennet und fühlet.

a) *W. B. U. p. 545.* Was soll man von der dritten Zerstörung dieser Disciplin sagen, da nemlich die ärgerlichsten Lehren in dem neuen Buche vorgetragen werden, die noch kein Christ in Mund zu nehmen sich ge-

trauet hat, und die, wenn man denselben nicht öffentlich begegnet, und dieselben detektiret, uns und unsere Academien allen unsern Segnern, und zwar rechtmäßig zum Abscheu machen würden. Es sind nemlich alle Pflichten gegen sich selbst darin aufgehoben, verleugnet, und dagegen die Freyheit alle Laster zu begehen, wo nur dadurch der Nebenmensch nicht



hae fere sunt: „Conceditur homini Ius committendorum cuius-  
„uis generis criminum, Polyandriae, Polygamiae, incestus, vi-  
„tae meretriciae: Respuuntur humanitatis officia: periuria &  
„mendacia impune quilibet admittit. „

Horrenda ista videntur, quaeque *Schmauffii* Libro indelebi-  
lem impietatis notam inurant. At in vado res est. Recurrit ite-  
rum saepius profligata Logomachia, ex male intellecto *Schmauffii*  
sensu oriunda. Inficias quidem ire nequeo, esse quaedam in  
*Schmauffii* libro, quae in prauum sensum *detorta* criminibus velifi-  
cari, procliuque ad mala hominum animo, flagitiorum licen-  
tiam largiri videntur; Id vero Illustri *Schmauffio* opprobrio esse non  
potest, quod & sacrarum Litterarum auctoritatem sceleribus suis  
male quidem, haud tamen raro, praetendere solent peccantes.  
Non vero, si recte intellexeris sensum *Schmauffii*, ex eius verbis  
Vitiatorum quorumuis impunitas fluit. Reuocanda hic sunt in  
memoriam, quae §. 1. de vario Iusti significato docui. Omnis  
videlicet actio, quae alterum non laedit, iusta dicitur in sta-  
tu naturali, i. e. nemini competit ius, me ista actione prohiben-  
di: patent haec per superius deducta. Si iam ita peraguntur, po-  
lyandria, polygamia, vita meretricia, incestus &c. vt externae al-  
terius tranquillitati nullum inde damnum inferatur, actionum ista-  
rum coercendarum penes neminem ius est: quis enim horum cri-  
minum in statu naturali iudex aut vindex, quae auctoritate, con-  
stitui potest? Ergo eo sensu iustae dici possunt, licet theologice  
iniustas esse, nemo dubitet. Nec officiorum humanitatis inter-  
missio ius belli perfectum dat alteri, quam ob rem secundum Ius  
Naturae

nicht beleidiget wird, aufgebracht worden - - So erstaunlich solches zu lesen ist, so daß man seinen eigenen Augen kaum trauen kan, dergleichen Lehren in einem Buche anzutreffen, daß aus öffentlichen Vor-

lesungen erwachsen ist, so siehet man doch aus anderen Stellen; daß das Wort alle Laster nicht anders, als wie die Worte einmahl vor Augen liegen, zu verstehen sey.

Naturae strictius ea ab homine iuste intermitteri possunt. Ideo vero nec a Schmauffio nec a quoquam Iuris Naturalis doctore negatur, istas actiones, quas supra recensui, reuera vel peccata, vel crimina, & sensu morali in foro diuino & conscientiae malas esse & iniustas, licet Iure Naturae strictissimo iustae possint appellari. Mentem suam satis perspicue explicat ipse Schmauffius a), ad quem locum S. R. Chladenium animum non aduertisse miror. Fateretur Vir Illustris, ebrietatem reuera vitium esse, & principii virtutis aduersari, sed non principii iusti, i. e. absque poenae externae metu in Statu naturali committi potest. Eadem igitur denuo oberrandum est chorda: peccata ista Iure Naturae Schmauffiano licita, sunt, i. e. sine poena fiunt: Chladeniano non sunt, adeoque in Logomachia, diuersoque Iuris Naturalis conceptu, rei vertitur cardo. Obiicit S. R. Chladenius b), 1. *semper fere istiusmodi vitii*

a) *V. S. d. R. d. V. p. 468.* Gleichwie nun diese vier Sachen (Iustum, honestum, decorum, vtile) offenbar voneinander unterschieden sind, also muß man denn auch bey einer Frage von der Moralität einer Sache solchen Unterscheid gar sorgfältig in Acht nehmen. z. E. das Wollsaufen ist unstreitig ein Laster, und dem honesto und decoro gänzlich zuwider, so lange aber der Nebenmensch dadurch nicht beleidiget wird, so kan ich nicht sagen, daß dadurch gegen die Principia Iusti gehandelt werde. Was nun nicht in diese Principia einschlägt, das gehöret auch nicht zu den eigentlichen Ius Naturae, und kan man also gar recht, nach diesem Verstande, sagen: Alle Laster, so lange dadurch dem Neben-

menschen keine Beleidigung und Unrecht zugefüget wird, als z. E. Geiz, Hochmuth, Wollust, Mißsiggang, Wollsaufen, ic. sind dem Iuri Naturae nicht zuwider; folglich nach dem Iure Naturae erlaubt, ob sie wohl nach den Principiis der andern moralischen Disciplinen verwerflich, und zu verabscheuen sind.

b) *W. B. U. p. 549. 550.* Wird nicht 1.) fast allemahl der Nebenmensch durch solche Laster beleidiget? so daß kaum ein Fall zu erdenken ist, wo ein Lügner, ein Prahler, ein Hurer und Sodomite, ein Meineidiger nicht seinen Nächsten durch seine Laster beleidigen solte. Daß es also praktisch, und nicht nach der Subtilität (die der Verfasser einmahl aus dem

tiis laedi alterum, & perinde esse, si homini plena admittendorum criminum concedatur libertas, vel ad ea tantum restringatur, quae alterum laedunt. 2. inauditum quid esse, quod peccatis inde attribuitur reatus, quia officiis in alios contraria sunt: peccata videlicet in Deum & in se ipsum sua natura mortalia esse, naturaeque aduersari, nullo habito respectu, dammine inde aliquid in alios redundet, an minus. 3. nullam cum honesto nexum Schmauffiano Iuri Naturae intercedere. 4. sed omnem tolli obligationem, quod homini ex mente Schmauffii ius diuinum conatum sit, quasuis turpes atque inhonestas actiones perpetrandi, modo alterum non laedant; esse igitur partem honesti, si pro lubitu inhonestam turpemque actionem committat. Detorquent ista, quasi de industria, auctoris sensum, hebetioraque tela, leui quadam declinatione vitanda, contorquent. Affirmat Schmauffius; quaeuis vitia Iure Naturae licita esse, dum in laedendis aliis non versantur. Propositio vniuersalis haec est. Respondet Chladenius; ista Vitia semper fere laedunt alios. Vox fere efficit propositionem

dem Recht der Natur verbannt wissen will) zu reden, einerley ist, den Menschen die Freyheit, und Gerechtfamkeit, alle Laster zu begehen, schlechweg einzuräumen, oder aber unter der Bedingung, daß dadurch der Nebenmensch nicht beleidiget werde. 2.) Ist es eine unerhörte Sache, daß die Sünden blos deswegen Sünde und Unrecht wären, weil sie den Pflichten gegen den Nebenmenschen zuwider laufen. Die Sünden wider sich selbst, sind, wie die gegen Gott, an sich selbst, und vor sich selbst widernatürlich und tödtlich, ohne noch auf den Schaden zu sehen, der andern Menschen dadurch zugefüget worden. - Manche Leser

werden denken, als ob er das honestum für eine nöthige Sache, dazu der Mensch verbunden wäre, gelten ließe. Aber, er weiß 1) nicht allein von keiner Verbindung zum honesto das geringste, sondern hebt auch 2) alle Verbindlichkeit auf. Denn da der Mensch das angebohrne göttliche Recht seiner Meinung nach hat, alle actiones inhonestas & turpes, wenn nur der Nebenmensch nicht dadurch beleidiget wird, zu begehen; so ist es ja ein Stück des honesti, wenn er nach seinem Belieben ein actionem maxime inhonestam & turpem begehret. Denn er handelt ja nach seinen natürlichen Befugnissen.

nem particularem, & Schmauffiana propositione angustiore. Nonnunquam enim (hoc vox *ferè* innuit) istis criminibus alter non laeditur, nonnunquam igitur, i. e. quoties ista laesio locum non habet, peccata ista lure Naturae sunt licita. Demus aliquantisper, istiusmodi peccata semper laesionem alterius inuoluere. Quid inde? Actiones istae nunquam iustae vel licitae erant; nec criminum oritur effrenata licentia, quam inde eruit S. R. *Chladenius*. At non necessario vinculo crimina ista, proximique copulatur laesio: Mas enim in statu naturali cum duabus feminis, mutuo singularum consensu, matrimonium iniens; fratris concubitum patiens foror &c. cur necessario criminibus suis aliorum externam tranquillitatem turbent, equidem me non perspicere fateor, nisi forte laesionis conceptum a genuino diuersum sibi formet S. R. *Chladenius*, iterumque cum vmbriis pugnandum sit. Praeterea propositio ista; peccatum inde fit peccatum, quod alterum laedit; duplici modo potest intelligi. Si nimirum peccatum in foro Iuris Naturalis late sic dicti, (quod Ethicam complectitur, vitiisque obicem ponit) spectatur, non ex laesione proximi naturam suam consequitur, & peccati adipiscitur nomen, sed per se, suaque aeterna ingenitaque natura, prauum est. At Iuri Naturae striete sic dicto cum vitiis nihil est negotii, & peccata, nisi alteri damnum pariunt, non nouit: & hoc etiam respectu, scilicet si omne iniustum ex alterius laesione dimetiendum est, *Autocheiria* non absolute iniusta poterit vocari. Nec S. R. *Chladieni* firmo stat talo consequentia; *Autocheiria* si licita est, quemuis alium licebit occidere. Posteriori enim casu, caedem alterius ab eius laesione seiungi non posse, quem fallit? dum vero sibi quisquam, vel mentis vesania ductus, vel vitae victus taedio, violentas infert manus, alteri quidem non facit iniuriam. Iniqua denique accusatio est, *Schmauffium omnis obligationis vim tollere & ex eius sententia actionem maxime inhonestam & turpem honesti partem efficere, quoniam homo inhoneste agens iure suo agat naturali.* *Honesti & Iusti fines sollerti studio discreuit*

D 2

Schmaus-

*Schmauffius*, suoque opere cauere voluit potissimum, ne nulla certa lege adstricti confundantur: inhonesta & turpis actio igitur iusta esse potest, strictissima scilicet iusti notione (i. e. alteri non facit iniuriam necessario, nec ab altero ideo coercenda;) honesta nunquam a *Schmauffio*, nec villo Iuris Naturalis doctore, est reputata: nec qui lure suo naturali agit, honeste semper, sed iuste agit.

*At Schmauffius ex Iure Naturae honesti regulas non deduxit.* Nec secundum definitionem, cui systema superstruxerat, aut voluit, aut debuit. Ad Philosophiam enim morum pertinet omnis vitiorum virtutumque familia. Opportune in rem veniunt *Gerhardi* verba; „Illud pro ratione sufficiet, si haecenus tantum „voluntas allegetur. Viuimus per Dei gratiam extra tyrannidem, „eamque veneramur rempublicam, in qua ea, quae sanctissimi Dei „decreta (at illibata in *Schmauffii* Systemate esse euici) leges- „que publicas non violant, nullam criminis suspicionem incur- „runt. Respublica vero litteraria, nisi omnia me fallunt, aut est „ens cerebrinum, otiosis innitens conceptibus, aut est Demo- „cratia, in qua singulis libere pronunciandi, quae conuenientia iu- „dicauit, facultas relicta. Non sumus sub rege, si veritatis in- „tellectusque respicimus negotium; quisque sibi se vindicat, nec „par in parem imperium exercere potest. „

### §. 7.

Ne vero noua opinionum monstra videantur, quae *Schmauffius* de Polygamia, incestu, aliisque id genus criminibus, in statu naturali licitis proposuit, en tibi eandem aliorum suffragiis corroboratam sententiam. Quod ad Polygamiam attinet, qua vni viro plures iunguntur feminae, notissimum est, Confessionis nostrae Theologos, inter quos *Lutherus* & *Melanchthon* eminebant, magno consensu docuisse, posse Polygamiam ad euitanda grauiora peccata, permitti inter Christianos, notante *Seckendorffio* a).  
Sed

a) Hist. Lutheran. L. III. §. 79. addit. 3.

Sed altioris ista sunt indaginis; de Iure Naturae strictiori hic agitur. *Ephraim Gerhardus* per omnia fere *Schmauffii* accedit sententiae. „Ita ille a); Titium itaque quod delectat, illud ei bonum videtur. Quodsi hoc non repugnet aliorum tranquillitati, neminis interest, nec erit iniustum. Qui contra facit, (i. e. turbat delectationem alterius) aequè lædit voluptuosum, ac fur vel raptor lædit auarum. - - Possunt autem quaedam licere in statu naturali, quae tamen poenali sanctione coercentur in republica. Sic qui extra rempublicam mulierem luxuriosè viuentem a proposito vi retinere conatur, lædit eandem & peccat, quod rei se se immisceat, quae ipsius non interest. - - Sic qui in statu naturali alterius luxum impedit, ille alterius libertati naturali resistit, & consequenter ipsius Ius violat. - - Ergo in Statu Naturali nullius voluptas debet impediri, nisi turbat necessario & directè pacem externam. - - Atqui hinc quid de vagis libidinibus, crimine onanitico & sodomitico itemque incestuosos connubiis sit habendum, constare potest. Quamuis enim hisce externa tranquillitas non turbetur directè, attamen palam est, iisdem contra reuerentiam numinis hominumque sapientiorum grauissimè peccari. Sed haec ad Philosophiam magis, quam Ius nostrum (i. e. Ius Naturae) pertinent. - - Atque propter hos fines requiritur coniunctio generis masculini & feminini. Sed vero numerum personarum Ius Naturae non determinat, nec suppetit ratio decidendi, an tantum mas & femina, an etiam mares & feminae, anque femina & mas hancce inire possint societatem. Polygamia eaque tam muliebris quam virilis per se & directè pacem externam generis humani non turbat. - - Eandem ob rationem temporis quoque cessat determinatio, & indissolubilitas vinculi mere positiva videtur. Hinc in statu naturali matrimonium vel est ad diem, vel perpetuum.

D 3

„Bud-

a) Delin. Iur. Nat. p. 153. 154. 155. 156. 242. 246. 247.

„*Buddens* a); Finis etiam huius pacti, sobolis procreatio cum  
 „obtineri possit, etiamsi vnus vir pluribus iungatur feminis, quin  
 „lege naturae istud licitum sit, nullus dubito.

De concubinato & incestu ita differit *Griebnerus* b); „Ius  
 „Naturae non prohibet, matrimonium ad tempus inire, itaque nec  
 „ei concubinatus repugnat. - - Gradus Leuit. XVIII. prohibitos  
 „minus recte ad leges forenses nonnulli referunt, nec rectius alii  
 „ad leges naturales, vt incestus quoque in linea recta admissi tur-  
 „pitudine ex Iure Naturae vix euidenter satis demonstrari possit.  
 „Fratrum autem & fororum atque caeteras in linea collateralis  
 „coniunctiones Iure Naturali non prohiberi manifestum est. „

*Treuerus* c); „De habitu Polyandriae & Polygamiae ad pa-  
 „cem externam si dispiciamus, non deprehendimus hasce speci-  
 „es matrimonii per se pacis naturam turbare, nec in meditatione  
 „eius, quod naturaliter iustum est, statim praecepti alicuius con-  
 „scii sumus, marem vnum vni feminae tantum esse iungendum;  
 „imprimis cum cognoscamus, securitatem externam alicuius ho-  
 „minis subsistere posse, licet vel pluribus feminis vel pluribus Vi-  
 „ris, vel vni tantum homini, solus vel coniunctum cum aliis so-  
 „ciatus esse intelligatur. - - Quare colligimus coniugia istiusmo-  
 „di Iure Naturae esse permessa. - - Arctam nimis sanguinis aut af-  
 „finitatis in coniugio coniunctionem, esse contra Ius Naturae non  
 „liquet.

Addi illis possit *Io. Gotth. Rosa* d) & *Vir Summus Hollman-  
 nus* e). At sufficiunt haec abunde ad Doctorum consensum de-  
 monstrandum, istasque doctrinas & Christianorum, & Iuris Na-  
 turalis Doctorum ore esse prolatas, elucescit.

§. 8.

a) *Element. Phil. Praet. p. 329.*d) *Disp. de indulgentia & rigore I. N.  
Ien. 1718.*b) *Iurisprud. natur. p. 113. 118.*c) *Annot. ad Puf. de O. H. & C. p. 378.*e) *Iurisprud. nat. p. 219. 221.*



## §. 8.

Aliud vulnus Schmauffiano Systemati intentat S. R. *Chladenius*, dum ei vitio dat, *omnem de pactis doctrinam omissam esse, friuola interserta causa, non egere rem explanationis ulterioris* a). At illustris auctor b) omnem, quae de emtione, venditione, locatione, conductione, mutuo, commodato, deposito, pignore &c. praecipit, doctrinam, ad Ius civile humanum vniuersale refert, ea motus ratione, quod posito naturae statu, generalis regula, vnde istae pactiones, in casibus nimirum specialissimis, pendeant, stabiliri non possit, quippe quae a libera hominum voluntate, nulla certa lege, sed ad cuiusque regantur arbitrium. Quid? quod doctrinam de pactis pertractet, & omnem cui eorum fides nititur, obligationem, ex diuino isto principio deriuat; quod tibi non vis fieri alteri ne feceris. Subtiliores esse solent plerumque, quam vt statui hominum naturali conueniant, Doctorum Iuris Naturae tractationes de pactis; plerasque enim conuentionum diuisiones

a) *W. B. U. p. 547.* Die nöthigen Definitionen, Eintheilungen, förmlichen Sätze, die man in seinen weitern Schlüssen zum Grunde legen könnte, sind ausgelassen worden; und zwar aus dem eitelen Grunde, weil solche keine weitere Erläuterung nöthig hätten, wie auf diese Art *p. 518.* die ganze Lehre von den Pacten auf einmahl zu Nichts gemacht wird.

b) *N. S. d. R. d. V. p. 498.* Ich halte davor, daß die ganze Materie von Contractibus in eine besondere Disciplin von den Iure Civili humano vniuersali gehören. In dem Statu Naturali haben die Menschen keinen Legislatorem, der ihnen vor-

schreiben könnte, in welcher Form und Maasse, sie ihre Contractus einrichten müssen, wenn sie gültig seyn sollen, sondern es ist alles ihrer Willkühr und Conuenienz überlassen, und kan also hierin nichts vniformes zur Regel gesetzt werden. Es giebt auch bey der simplen Lebensart der Menschen, die man sich in ihrem Stande der Natur vorzustellen hat, nicht so gar vielerley Contractus als in dem Statu Civili. So viel ist gewiß, daß Pacta und Contractus im Statu naturali nicht anders geschlossen werden können, als nach einem ganz freygelassenen ungezwungenen Willen der *Paciscentium*.

uisiones ciuili subtilitate niti, Jctorum iam auctoritate comprobata est sententia. Distinctionem autem, qua pacta secernuntur, & contractus, Iuris Naturae plane non esse, auctor est *Treuerus*.

## §. 9.

In eos, qui sacris profana miscentes, ex principiis religionis christianae Leges Iuris Naturae petunt, dum inuehitur *Schmaussus*, acerbam S. R. *Chladenii* incurrit censuram, qui suam hac de re sententiam premens, id tamen prodit a), *Schmaussii* doctrinam, qua, Ius Naturae ex fidei christianae principiis haustum, absurdum commentum vocat, sibi mirum quantum displicere. Ego & in hac disputatione Logomachiae tricas deprehendere mihi videor. Dupliciter enim haec locutio; *Ius Naturae ex principiis religionis christianae deductum*, intelligi potest. 1. Ius Naturae etiam ex principiis religionis christianae deduci potest, i. e. omnes Leges Iuris Naturae etiam in Verbo diuino, ideoque per leges positiuas, Christianis latae sunt. 2. Ius Naturale ex scripta Dei reuelatione deduci debet, vel scriptura sacra est principium cognoscendi Iuris Naturae. Priorem propositionem *Schmaussium* negaturum, affirmaturum posteriorem *Chladenium*, non inducor, vt credam. Omnia enim principia iustitiae & aequitatis, quae Iure Naturae hominum obstringunt mentes, in sacris etiam literis mortalium inculcari animis, non est, qui dubitet. Lex illa Iuris Naturalis; quod tibi non vis fieri alteri ne feceris, Christi etiam esatum fuit. Hoc sensu S. R. *Chladenium* Iuris Naturae praecepta ex sacris litteris deriuaturum puto, vt scilicet consensum Legum diuinarum, & naturalium, & positiuarum, commonstret. Altero

- a) *W. B. II. p. 553.* Was solte der Verfasser des neuen Rechtes hiebey thun? Etwa dem Worte Gottes die Ehre thun, und bey sich selbst denken: Was machst du! Mein, das wäre wider seine Maxime gewesen, daß ein Ius Naturae nach den Principiis der christlichen Religion ein ungerheimer Einfall sey.

tero sensu, quo scriptura sacra tanquam principium cognoscendi Iuris Naturae spectatur, nemo vnquam fuit, vt equidem reor, qui, omni eius vi intellecta, serio id propugnauerit. Si enim scriptura Iuris Naturae est fons, nomen Iuris Naturae incongruum est, potiusque scripturae ius vocandum foret. Sed ne in nomine haerere, minutiasque sectari videamur, maioris momenti in promptu sunt argumenta, quibus supprimatur infocundus iste Iuris Naturae riulus. Quodsi enim scriptura sacra Iuris Naturae cognoscendi est principium, vniuersalis, qua hucusque superbiit Ius Naturae, perit obligatio: nemo, nisi cognita sacrarum litterarum auctoritate & veritate, Iuris Naturae nosse potest praecepta, nec ad eas obseruandas obstringitur. Verum igitur Ius Naturae non habuisse putandi sunt gentiles, quod & rerum naturae, & ipsis reuelationis effatis, repugnat. Adde, hac ratione totam reuelationem, & omnia sanctioris doctrinae capita, ad Ius Naturae esse referenda, si ex scriptura sacra omne Naturae Ius pullulat; vel aliud quoddam, extra scripturam sacram, indagandum esse Iuris Naturae fundamentum. Hoc sensu, suo quidem iure, *Schmaussius* Ius Naturae, ex principiis religionis christianae deductum, absurdum commentum vocat. Eadem ratione Iuris Ciuilis cum sacra scriptura doceri potest conuenientia: unde tamen sacrum codicem Iuris Ciuilis cognoscendi esse principium, nequit confici.

§. 10.

*Schmaussii* de principiis Iuris Naturae sententiam non minori aestu impugnare adortus est S. R. *Chladenius* a). *Schmaussius scilicet*  
 ex

a) *W. B. U. p. 548.* Die Quelle aber, woraus der Verfasser seine Irrthümer geschöpft zu haben selbst angebet, ist so beschaffen, daß es abermahls keiner Disputation, sondern nur einer harten Bestrafung aus

dem Worte Gottes bedarf. Er sagt, er habe es aus seinen eigenen Meinungen geschöpft. Wie er denn überhaupt will, daß in Iure Naturae nichts stehen soll, als was ein jeder Mensch an sich fühlet und empfindet,  
 E daß

ex instinctibus, cuilibet homini natura sua ingentis, omne Ius Naturae deriuat, acerbe hanc ob rem notatus a *Chladenio*, qui instinctus nostros natura malos esse, ex sacris litteris dat probatum, indeque connititur, instinctus nostros Iuris Naturalis non esse posse principium. Ne hic iterum Logomachia quaedam in scenam prodeat, probe distinguendus est multiplex principii significatus. Principium vel ideale seu logicum, vel reale seu metaphysicum esse, constat inter omnes. Iuris naturae principium reale essendi quid sit, varie inter eruditos disputatum est. Iuris Naturae essentiam a Deo non pendere, disertis verbis affirmat *Grotius*. Diuersam viam ingressus *Pufendorfius*, a diuina voluntate rerum petit essentiam. *Leibnitius*, *Wolffius*, & recentiores, qui vel in horum iurant verba, vel sua ipsi placita proferunt, ex diuino intellectu essentiarum fontem deriuant. At quoniam rei essentia in eius possibilitate consistit, omne id vero possibile est, quod absolute potest cogitari, ratio vltima essentiae absolutae cuiusvis entis, ideoque & Iuris Naturae, in rei ipsius possibilitate latet, nec ratione opus est vltiori, ex intellectu vel voluntate Dei petenda. Quodsi enim per fictionem impossibilem, nec Deus, nec vllum ens exsisteret, internam tamen entis cogitabilitatem futuram

daß ihm angebohren sey. Wer kan aber wider des Verfassers Triebe mit Widerlegen etwas ausrichten? und welcher äußerster Verfall auf Thorheiten ist es nicht, die Triebe des Herzens, wie sie untereinander vorkommen, vor Regeln, vor Befugnisse und Gerechtsame der Menschen anzusehen? Unser Herz ist gar nicht die Quelle, woraus wir unsere Rechte zu schöpfen haben, sondern aus dem Herzen kommen arge Gedanken, Mord, Ehebruch, Hurerey, Dieberey, falsche

Zeugniß, Lästerung. Das aber sollen nun Rechte und Befugnisse der Menschen werden.

p. 552. Ist denn Ungedult kein Lafter? ist Verzweifelung nicht offenbar ein Schandlafter? Oder ist Verzweifelung etwa auch ein angebohrner göttlicher Trieb, so wie p. 462. Haß, Neid, Zorn, Rache, vor angebohrne innerliche Instinctus ausgegeben werden, die sogar nach p. 463. (welches erstaunlich zu lesen) von Gott herkämen, und göttlich zu nennen wären,

ram possibilem, mihi videtur sententia verior. At haec subtiliora sunt, humanique ingenii excedunt modulum.

Principium reale fiendi Iuris Naturae, vel id, vnde existentia legum naturalium pendet, est vel primitiuum, vel deriuatiuum: primitiuum est Deus humanae existentiae auctor; deriuatiuum ipsa hominis natura, ex qua leges naturales deriuantur.

Principium cognoscendi Iuris Naturae, ad nos relatum subiectiuum, vel a priori spectatur, vel a posteriori: illo significato leges naturales per rationem cognoscuntur; hoc vero per sensum internum connatum. Principium cognoscendi Legum naturalium obiectiuum primitiuum, est vel essentia Dei, vel natura hominis; deriuatiuum est propositio quaedam, ex qua omnes Iuris Naturae doctrinae sponte fluant. Cum principium reale semper etiam sit principium ideale obiectiuum, & Deus, & natura humana, principium cognoscendi Iuris Naturalis deriuatiuum suppeditare possunt. Nihil ex ratione mere subiectiua agere Deum, in Theologia naturali demonstratur propositio: ex sola ergo natura humana petendum est principium istud deriuatiuum. Deriuandae inde sunt actiones nostrae in statu naturali, vnde haec fluit propositio; Age humanae naturae conuenienter. Inde alia noscitur propositio, quae nostri amorem iubet. Fertur iste amor vel in statum nostrum externum perficiendum, tum oritur Ius Naturae, vel in internum, vnde oritur Ethica. Actiones itidem nostrae vel ex rationis fiunt praescripto, vel ex instinctu quodam naturali connato. Magis tamen ad internum hominis statum, statumque externum socialem praescripta rationis pertinent; naturales vero instinctus statum naturalem absolutum externum spectant potissimum. Prius enim de statu externo quam interno solliciti sunt homines, ex instinctuum impulsu agunt, ante quam rationis usum adipiscantur, Naturae etiam Ius obseruantes, antequam Ethicae nouerint officia.

## §. II.

Non sine praegnantibus rationibus Ius Naturae his instinctibus inaedificasse *Shmauffium*, duo sunt, quae faciunt fidem. Naturae quidem iura ex rationis nostrae principiis solide euincuntur, hominumque instillantur mentibus; at anceps saepe & ambiguum est celebre illud *Grotianorum* rectae rationis dictamen. Fontem saepe deserit, riuulosque sectatur ratio nostra, & imbecillitate, praeiudicatisque opinionibus occaecata, pro lunone nubem, pro vero falsum amplectitur. Sed quid disputatione opus est in re plana? Nemo est, modo ultra vulgus sapere audeat, qui non peculiare scientiarum sibi effinixerit systema, nemo, qui non multos in eo systemate admiserit errores, & nihilo tamen minus nemo, qui non sibi rectae rationis ductu usus, errorumque abrupta effugisse videatur: pro ingenio enim suo rectam rationem sibi fugit quilibet. Instinctus vero naturales omni hominum generi connati, apud omnes gentes, aequalem vim habent, a primis incunabulis ad ultimam senectutis metam se exserunt, & nullo diuini cultus habito discrimine, barbarorum pariter ac politioris orbis imbuunt animos. His instinctibus ad vitam conseruandam, tutosque nos ab aliorum vi praestandos, impellimur, gloriae isti stimulum addunt, vindictae cupidinem excitant, sequioris sexus, sobolisque suae amorem suadent. Istis ducta mens ex aliorum felicitate voluptatem percipit, calamitatisque sit particeps. Quid multis? Si homines sumus, si humana natura gaudere non dedecus est, omne id instinctibus nostris naturalibus est referendum. Accurate ista dispecuit *Klaprothius*, Vir quem Academiae Gotingensis splendori, orbisque litterati decori, immature subtraxerunt fata.

Denique omnes, quotquot in enucleandis Iuris Naturae principiis defudarunt, verbis licet inter se discrepantes, re tamen vera ab instinctibus Iuris Naturae ducunt originem. Omnes enim, quibus hominum actiones reguntur, instinctus in amorem  
nostri

nostri resoluuntur; nostri vero amor commune omnium, quae a variis Iuris Naturalis Doctoribus stabilita sunt, principiorum, est genus. Socialitatis instinctum *Pufendorfius*, vitae conseruandae alii, alii felicitatis augendae, perfectionis promouendae instinctum *Wolfius* suis de Iure Naturae meditationibus substrauerunt.

*At isti instinctus degenerant saepe malique fiunt.* Equidem aio. Non omnes enim promiscue instinctus in statu naturali sequendi sunt. Modum enim iis ponunt connata homini humanitatis & aequitatis officia, in secunda systematis parte a *Schmauffio* tradita. Quaerit ex *Schmauffio* *Chladenius*, odium, vindicta, ira, desperatio, sintne vitia? sunt vtique vitia, sed haec Iuris Naturae stricte sic dicti non est consideratio, cui cum virtutibus & vitiis per se nihil est negotii.

*At odium ira, vindicta, instinctus vere naturales, quinimo diuini appellantur a Schmauffio?* Idque haud iniuria.

Sunt vere naturales. Post acceptam enim iniuriam in omnibus hominibus, inimici odium, vindictaeque oritur cupido. *At comescendi sunt isti instinctus, qui in odium & vindictam feruntur.* Vtique; sed non ex principiis Iuris Naturae stricte sic dicti, sed ex argumentis ex Theologia christiana & Philosophia morum depromtis.

Sunt etiam instinctus diuini materialiter. Inde tamen effici cogique nequit, omnes irae & vindictae effectus, quantum ad formale eorum attinet, esse a Deo. Possent enim homines naturalibus abuti viribus est procliuē. Tribuunt Deo concursum ad actiones hominum Theologi pariter ac Philosophi, magnisque motibus ista cum Arminianis acta est controuerfia. Si diuinum est, quod a summo Numine ducit ortum, eo respectu actiones hominum diuinae poterunt vocari. Sibilis vero explodendus videbitur, qui inde argumentum ducturus est; adulteria etiam & furta eadem ratione diuinas actiones esse, quod & ad eas Deus concurrat. Quicquid pro se responsurus est Theologus, pro *Schmauffio* ego respondeo. Scilicet ad formale istarum actionum



non concurrit Deus: nec formale irae, vindictae & odii semper diuinum est.

Istos vero instinctus, vniuersali quadam lege, malos esse, parum firmis adstruitur argumentis. Sacrae litterae ipsi Deo iram, vindictam, & odium in malos tribuunt, ipsumque Numen vindictae ius in sceleratos magistratibus permittit, quod per Dei sanctitatem facere haud licuisset, si, sua notione magis quam abusu, malus esset omnis vindictae instinctus. Theologiae praeterea in Iuris Naturalis pertractatione cautior vsus est, nec eius semper habenda ratio, ne maximo Theologiae impendio inter se confundantur scientiae, quadratisque misceantur rotunda. Vetat Theologia reuelata, quod per principia Ethicae licet, & prohibet Ethica, quae Ius Naturae permittit. Naturaliter igitur bona, & theologice mala, esse potest res eadem; nec detrimenti quid capit inde Theologia. Iure enim Naturae, vt nunc sunt tempora, nemo viuit, sed vel Christianismi obsequitur sacris, vel Philosophiae morum praeceptis imbuitur, vel ciuili saltem tenetur lege. Naturae Ius scilicet docetur, vt iuri gentium inde praestruantur fundamenta: Gentium autem Iure irae & vindictae ob illatas iniurias indulgere, nec positiuam nec naturali lege a Deo prohibitum esse, & rationis lumen & sacri Codicis exempla abunde commonstrant. Licuit vero inter homines statu naturae viuentes, quod hodie inter gentes reputatur iustum. Quodsi tamen S. R. *Chladenio* omnis plane vindicta videtur illicita, nullum vnquam bellum sine crimine suscipi potest nec administrari.

§. 12.

Conuertit denique impetum suum S. R. *Chladenius* in Ill. *Schmauffii* locum, quo de lapsu Adami differit. Tria sunt, quae potissimum reprehendit S. R. *Chladenius*. Inuehitur in *Schmauffium* 1. quod lapsus adamitici in Iuris Naturae Systemate non iniiciendam mentionem censuerit 2. quod negauerit naturam



naturam hominis post lapsum esse corruptam, hominemque potius ita hodiernum comparatum esse, vt primum a Deo fuerit creatus 3. quod de vera lapsus adamitici explicatione ambigat. Lapsus adamiticum in Iure Naturae locum inuenire non posse, propositio est, quae quid periculi alat, equidem non video. *Valentinus Alberti* quidem, dum *Pufendorffii* principiis obuiam it, quae sui aevi Theologis perniciofa visa sunt, magnis vero plaufibus excepta a recentioribus, nouum Iuris Naturae principium comminiscitur, statum scilicet integritatis primorum hominum, cuius vestigiis insulterunt *Böclerus*, *Calixtus*, *Zenograuius*. Alia ratione cadenti huic cauffae suppetias laturus *Strimesius*, videns, statum integritatis ex reuelatione petatum Iuris Naturae, quod ex principiis naturaliter euidentibus repetendum fuerat, non posse esse principium; statum integritatis infelici omine ex ratione demonstrare voluit, veterumque poetarum auctoritate corroborare, quem *Manzelius* Professor Rostochiensis sequutus, at a *Liscouio* explosus est. Lapsus Adami enim non nisi reuelatione cognitum esse caret dubio, reuelationem vero Iuris Naturae non posse esse fontem atque adaequatum principium, supra est euictum.

Naturam nostram a feliciore & meliori statu defecisse, solo rationis ductu hominis indolem rimantibus non patet. Duo fere sunt extrema, quae homines ad primaeuum hominis statum attingenti sunt amplexi. Alii aetatem auream commenti, maximis primos homines ditant virtutibus, quae sensim vitiorum traxerunt labem; alii vero brutorum similitudinem primis hominibus attribunt, longoque tandem rerum usu rationem adeptos ac humanitatem affirmant. Sed haec ad Ius naturae nostrum non pertinent. Ad statum Naturae, quae est, non quae fuit, accommodatum fit Naturale Ius oportet, & ita comparatum, vt Gentilibus, Mahometanis, Iudaeis, quid? quod Atheis non minus, quam Christianis, conueniat. Naturam humanam vero plane non corruptam esse, & hominem post lapsum talem nasci, qualis



qualis antea fuerit, Pelagianam doctrinam sapere quibusdam possit videri. At si rem curatius sub examen vocamus, commode explicari poterit *Schmaussii* sententia. Distinguunt enim Theologi inter corruptionem essentialem seu substantiae & qualitativam seu accidentalem; hanc in homine accidisse affirmant, illam negant. Naturae vocem praeterea significare asserunt 1) *ιδίως* hominis tum essentiali constitutus, tum essentiali consequens 2) *αυτός* ingenium, conditionem, qualitatem; posteriori, non vero priori sensu, naturam esse corruptam. Quodsi igitur Illustris *Schmaussius* non de accidentali sed essentiali corruptione loqui voluit, non reprehendendus esse videtur: praeterea instinctuum vere naturalium eadem in nobis esse femina, quae in Protoplastis, facile crediderim, quantum ad instinctuum exercitium & abusum in sine intercessisse discrimen, nemo facile negauerit.

Historiam lapsus Adamitici variis explicationibus tortam fuisse, est in propatulo. Collegit varias opiniones *Zach. Grapius* a). Mihi quidem in libris historicis, ad quos Genesis pertinet, literalis sensus probe sequendus videtur, licet multae sint, difficultates, quae utcumque se vertat, premant lectorem. Nec inde cogi potest, peccatum originis ab Auctore negari, hoc enim theologi fori est, Ill. *Schmaussius* vero circa Ius Naturae tantum occupatus est.

### §. 13.

Haec fere sunt, quae in *Schmaussium* congeffit delicta S. R. Chladienus. Verba saepius quam res peti, Logomachiaeque haud raro occurrere vestigia, me ad oculum demonstravisse mihi quidem persuadeo, idemque S. R. Chladienio, dum secundis curis *Schmaussii* librum lecitauerit, probatum iri confido.

a) De tentatione Euae & Christi.



T

c







*P. 1.*

*Pr. g. 2. num. 8.*

18

SVMME REVERENDI  
CHLADENII  
ANIMADVERSIONES  
IN  
SYSTEMA  
IVRIS NATVRAE  
ILLVSTRIS  
SCHMAVSSII  
SVB EXAMEN VOCAT  
MICH. CONR. CVRTIVS.

*Fe 2187*

HANNOVERAE, MDCCLIV.

KONFRIED  
UNIVERS.  
ZVHALLE

